



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

4 Dubia sintne in meliorem patrem interpretanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

non perpendunt hoc non esse malum quia prohibuit, immo eo prohibuit quia malum. Est enim ex his que sunt contra ius naturae, quae quidem in Evangelio praeter sacramenta quae ad religionem pertinent. Christus nobis duntaxat praecipit. Nequatis est si respondeas, iudicium esse illud malum, quia ordinem habet ad exterius damnum, puta ad infamandum. Enimus rocu sit speculativum, non habet ordinem proximum ad opus: & ideo respondetur, quod quanuis nunquam extret foras, n suis latebris per se malum est mortale. Primum ut diximus, quia causa contemptus & odij. Secundo id patet, quia per ipsum infamas proximum tuum apud te ipsum, quando quidem malum de ipso concipis existimationem. Ex quo subsequitur argumentum ad id tertium. Si enim suspicio quam de Petro habeo sinistram, peccatum mihi nunquam esset mortale, sequeretur quod nequillam in aliorum mentes dispeigere, dummodo nullum aliud consequeretur damnum, nam si mihi metalis suspicio non est peccatum, neque illis esset sua, atque adeo nec mihi esset peccatum illa seminare. Quotamen salum est. Praeterea, est argumentum quod iudicare de occultis, est id usurpare quod est Dei proprium, secundum illud Pauli, Tu quis es qui iudicas alienum servum? At vero dubium restat si tale iudicium, peccatum est genere suo mortale, utrum sit contra iustitiam, an vero solum contra charitatem. Quod quidem D. Tho. tractat in solutione tertij argumenti. quo quaerebat an genere suo sit mortale, & respondet suo obscure. Ait enim quod cum iniustitia sit circa exteriores operationes, tunc iudicium suspiciosum directe ad iniustitiam pertinet quando ad actum exteriorum procedit, & tunc est, inquit peccatum mortale. Subdit vero iudicium autem interiorius pertinet ad iustitiam secundum quod comparatur ad exterius iudicium: ut actus interior ad exteriorum, puta sicut concupiscentia ad fornicationem, & ita ad homicidium. Manet ergo obscura ac subinde dubia haec littera, quia non clare ait, iudicium quod non procedit ad exteriora, esse peccatum mortale. Nihilominus proculdubio tenendum est eiusmodi iudicium esse genere suo mortale peccatum, idque contra iustitiam. Distinguit autem D. Tho. duo illa membra quod iudicium imperativum actus

exterioris scilicet infamandi aut condemnandi, est directe contra iustitiam, ut in tertia cohaesione expressum est. Sicuti voluntas efficacis occidendi reducitur ad homicidium, iudicium autem speculativum quo non imperatur exterius opus, non pertinet directe ad iniustitiam exteriorum. Et in his stat differentia, videlicet directe, & indirecte. Sed nihilominus est peccatum mortale, ut in secunda conclusione dictum est. Sicuti ira & concupiscentia uxoris alienae cum consensu in delectatione licet non procedatur ad opus, est mortale. Enimusvero non solum efficacis voluntas occidendi, mortalis est, verum & internum desiderium mortis proximi aut grauis detrimendi, licet tu nolisdana illa dare.

ARTICULVS IIII

Utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

Non satis est nosse, iudicium temerarium iniquum esse, sed explorare oportet utrum dubia debeamus semper in meliorem partem interpretari. Et arguitur a parte negatiua. Iudicium cum sit rationis opus, cuius perfectio in veritate consistit de illis potius ferri oportet, quae plurimum accidit, ut rarius fallamur, sed pluries accidit homines improbe agere, quam probe, nam cum sensus hominis ad malum ab adolescentia sua proni sint, ut Genes. 8 legitur, fit, ut quae ad modum habetur Eccle. 1. stultorum infinitus sit numerus, consultius ergo est dubia in malum quam in bonum interpretari. Secundo, ille pie & iuste viuit, auctore Augustino, qui rerum integer est aestimator, in neutra partem declinando? ille autem qui rem dubiam in partem sanioerem decernit, in alteram inclinat partem, ego minime id licet. Tertio. Homo eo modo debet diligere proximum quo seipsum, sed circa seipsum salubrius est dubia in deterioerem partem iudicare, secundum illud Job. 9. Verebar omnia opera mea, ergo & pariter vos debemus erga proximum gerere. In contrarium autem est illud ad Rom. 14. Qui non manducat, manducantem non iudicet, cuius glossa est, dubia in meliorem partem esse interpretanda.

Articu-

Suade pars negatiua.

Solutio quorundam.

Reprobatio.

Solutio vera.

Alterum dubium

S. Tho.

Explicit S. Thomae. Distinguit autem D. Tho. duo illa membra quod iudicium imperativum actus

Articulus hic adeo est superiori annexus, ut per illum sit plurimum intellectus. Respondetur ergo vnica conclusione quæ ex superioribus colligitur. Vbiunque manifesta iudicia non apparent, quæ malum proximi indicent, debemus cuiusque bonam habere existimationem, atque adeo in meliorem partem id quod dubium est interpretari.

Conclusio inquam ex superioribus colligitur. Vnuiusque ius habet ut bona de se vbi que habeatur existimatio, quousque sua delecta eum legitime probat: ergo qui circa idonea testimonia sinistra alterius concipit opinionem, iniurius illi est, atque adeo in meliorem partem tenemur ambigua signa decernere.

Conclusio nulla præter superiorem indiget disputatione, nisi hoc forsitan sciscitetur, utrum dubia teneamur in meliorem partem positivè interpretari, id est assentiri meliori parti: an satis est negativè, id est non malè iudicare? Enimuero cum aliqua exterior ambigua iudicia alieni vitij, difficile profectò est contrarium habere assensum. Si autem dicas satis est animum suspendere, in contrarium emergit statim argumentum quòd intellectum continere difficile quoque est Caiet. hic arbitratur satis esse negativè nos habere. Nihilominus id nemini suadere audeam. Immo vix potest regula constitui certa, sed confugiendum est ad prudentiam. Distinguendum inquam in primis an illum cuius dubia signa apparent, antea noueris, an verò sit tibi ignotus. Si enim in bona est apud te existimatione, peccatum esset propter signa dubia illam mutare, maius, scilicet minusve secundum signorum conditionem. Si autem eum non noscis, tunc arguit hic Caiet. quod non est prudentia in tali casu assensum melioris partis concipere: eo quod illa neutra signa natura sua talem assensum non generant, & ideo nulla, inquit est obligatio bene assentire. Quare consulto ait, negativè dixit Christus, Nolite iudicare: & non dixit, Bene semper iudicare. Attamen contrarium citius crediderim, respondimusque illi, quod etsi tales coniectura bonum assensum non generent, ius tamen natura nos cogit non solum ne male de homine vilo opinemur, sed etiam dubia signa, verum ut de omnibus non obstantibus ambigebis iudicis, opinemur. Igitur conclusio in-

telligenda est positivè, nisi casu quo indicia usque adeo yrgerent in sinistram partem ut satis esset vtriusque assensum cauere. Tunc enim consilium est mentem ab eiusmodi cogitationibus dimouere. Quando vero iudicia iam non sunt dubia, sed eousque efficacia ut virum prudentem & probum mouerent nulla est obligatio in meliorem partem illa interpretari. Christus ergo non ideo dixit negativè, quia satis sit assensum suspendere, sed quia bonam existimationem, quam iure natura tenemur de vno quolibet habere non debet in nobis leuibus causis extinguere.

Ad primum igitur argumentum responderet S. Thom. quòd etsi qui dubia in meliorem partem interpretari frequentius fallatur, tamen melius est frequentius falli per bonam opinionem de aliquo malo homine, quam rarius falli habendo malè de aliquo bono, quia ex hoc nascitur iniuria, ex illo autem nulla. Sed contra, falsitas est malum intellectus, ut puta qui ad omnium veritates iudicandas natus est, nemo autem tenetur malum sibi proprium seu procurare, seu incurrere ad euitandum malum proximi: ergo consultius est in sinistram partem iudicium deflectere. Caietan. putat se per hoc satis respondere quod San. Thom. non absolute ait cum qui in partem saniorum iudicando propendet, in pluribus casibus falli, sed quod pluries fallitur quàm si in sinistram partem vergeret: cum quod stat quod non frequenter fallatur bene iudicando. Hanc ego tamen solutionem non intelligo. Nam & vim argumenti fati- tis est id quod ipse cum Diuus Thomas concedit nempe quod pluries fallimur bene iudicando quàm falleremur iudicando malè: & ideo responsio est quod bonum uirtutum moralium non est pensandum secundum bonum intellectus simpliciter, sed in ordine ad agendum cuius proximum principium est appetitus: homo enim, ut supra diximus, non dicitur bonus propter virtutes intellectuales absolute consideratas, sed propter morales quæ circa actiones uersantur. Quo fit ut nonnunquam iudicium falsum speculatiuum generet uerum dictamen practicum: veluti Jacob ex illo falso. Hæc est Rachel, in tulit illud uerum, Hæc est a meo cognoscenda, quod quidem ob ignorantiam inuincibilem uerum fuit. Quocirca

Primæ argum.

Replica Solutio.

Refellit Caiet.

Solutio auctoris

SOTO
iure
Caiet.
DIT
13

Ratio concla.

Probatio conclusio.

Dubitatio.

Caiet.

Solutio propof. re dubitationis.

Reprobatio, Caiet.

Argu.

Argu.

**Nova
ratio in
Caieta.**

dum iudicio Petrum esse bonum licet speculatione fallat, tamen quia iudicium est confor-
me appetitui recto, fit ut moraliter atque adeo simpliciter bonum sit. Ob id que cum homo secundum moralem regulam iudicium intellectus informat, non eligit simpliciter malum, sed secundum quid simpliciter autem bonum. Hanc enim ob causam supra diximus iudicium esse actum potius iustitiae, bene afficientis animum ad proximum quam rationis illud preferentis. Quocirca non satis digna responsio illi mihi apparet. Caietani & aliorum, quod quia ex duobus malis minus est eligendum est falsa opinio malum proprium sit nihilominus quia minus est, ea est eligenda. Non inquam verum est esse simpliciter minus malum. Nam bonum intellectus, puta intellectualis virtus ut supra demonstraui-
mus, simpliciter est melior bono voluntatis: sed tamen quantum ad mores attinet, iudicium cum periculo falsitatis formare ad cauendam iniuriam, non solum minus est malum: immo simpliciter non est malum, sed secundum quid. Malum speculationum. Eo potissimum quod error circa singularia contingentia non est simpliciter malum intellectus, sicuti neque ad eius perfectionem simpliciter attinet cognoscere eorum veritates sed uniuersalium, quibus non potest subesse falsum, ut statim ait S. Thomas in solutione secundi. Adde quod neque eligetur tale malum. Nam quando iudicia sunt clara, non est prudentia bonum formare iudicium sed quando sunt dubia id tantum est uerum quod intellectus exponitur falsitatis periculo. Ad secundum respondetur diuersam, esse rationem iudicandi de rebus ab illa quae est iudicandi de personis. Cum enim de rebus speculatione iudicamus, nihil nocenti imminet proximo, ob idque simpliciter est tunc ueritas indaganda, quae bonum est intellectus. Ac perinde in rebus dubijs suspendendum est iudicium ne praecipitio falsitatis intellectum obijcias, Et de hoc loquitur Augustinus, quando autem iudicium est de personis tunc quia bonum malumque attenditur secundum illum de quo iudicatur nempe de eius honore aut contemptu ad cauendam citius iniuriam decemus esse attentis: praesertim quod error circa singularia, ut iam modo dicebamus non est regione opponitur bono simpliciter intellectus. Ex his prudē-

**Ad secū
dū arg.**

August.

tiam, collige qua discernas iudicium temere speculationum, non esse mortale peccatum, nisi dum illud ad personam applicas, licet enim dum uideas cadauer occisi hominis, iudices mortale fuisse peccatum illum occidere & quamquam dum audis talem propositionem, quae haeretica est fuisse assertam, iudices peccatum fuisse illam ex animo asseruisse nullum tamen peccatum admittis, sed quando sine causa legitima iudicas huc fuisse aut homicidam aut haeticum. Tertium argumentum per egregiam regulam qua sibi respondeatur expostulat. Interpretari namque quidpiam in deteriolem partem, suspicando scilicet ex leuibus causis, bisariam uisum uenit scilicet vel definitiue vel suppositiue. Prior modus est quem dicimus esse illicitum. Posterior vero scilicet non definiendo sententia, sed ex suppositione, si forte ita est non ad laedendum, sed obuiuandum periculo vel proprio vel proximi non iniustitiae, sed prudentiae opus est. Vides hominem quem tuus habitus subindicat esse furem, & si non debeas definitiua sententia id credere, neque uero suspicari ad nocendum, licet tibi tamen non illi tuam domum credere: Sicut dum filiam habes uirginem, licet tibi iuuenes ab eius colloquio abigere. Et pari modo in re propria. Dum uident tibi opera tua nitida esse in conspectu Dei, que quidem opinio periculosa semper est, debes illa timere ne aliqua macula sint infecta. Aliena uero opera, bona iudicare, nulli nos offert periculo. Ex his sequitur, quod etsi dum male de aliquo suspicaris qui in promptu est ut ad aliquam dignitatem eligatur, posses tu illi refragari tuam subitico suspitionem; tamen illam in aures aliorum disseminare ut hominem infamia respergas, minime fas est nisi suspicio legitima de causis esset tibi certa; & uideres in perniciem reipublicae talem electionem uergeri tunc enim nisi secretum esset sacramentalis confessionis, liceret illam impedire. Et vice versa, tam leuis esse potest tua suspicio ut neque teipsum debeat cohibere quo minus eum eligas, si alias idoneus est.

ARTI-